Universitätsbibliothek Paderborn

# Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ephesini Concilii Generalis Pars I. Et II. Sub Cælestino papa I. anno CCCCXXXI.

Parisiis, 1644

Item eiusdem, ex quaternione VI. vbi de Christo agit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15062

Visual Library

*Domino meo, ſede a dextris meis.* Spiritus denique veniens, aſſumpti gloriam promouit & inuulgauit. (Ioan.16.) *Cum venerit,* inquit, *Spiritus veritatis, ille me glorificabit.*

### Item eiuſdem, ex quaternione VI. vbi de Chriſto agit.

(Luc.4.v.18) Miſſus eſt enim captiuis prædicare remiſſionem, & cæcis reſtitutionem viſus: & vt Apoſtolus (Hebr.2.v.17) ſubiungit & ait, *Hic ille eſt, qui fidelis pontifex Deo factus eſt.* Factus enim is eſt, qui ab æterno nō præexiſtebat. Hic, hæretice, ille ipſe eſt, qui ad pontificiam dignitatem paulatim euectus eſt. Audi vocem hoc tibi clarius intonantem: (Hebr.5.v.7.) *In diebus illis,* inquit, *carnis ſuæ, preces & ſupplicationes ad eum, qui poßit illum ſaluum facere a morte, cum clamore valido & lacrymis offerens, & exauditus eſt pro ſua reuerentia. & quidem cum eſſet Filius, didicit ex iis quæ paſſus eſt, obedientiam; & conſummatus, factus eſt omnibus obtemperantibus ſibi cauſa ſalutis æternæ.* Conſummatur autem, hæretice, id quod paulatim proficit. Qua de re & *Ioannes in euangeliis clamat: Ieſus, inquit, proficiebat ætate, & ſapientia, & gratia. Quibus Paulus conſona pronuntians, ait: (Hebr.5.v.8.) *Conſummatus, factus eſt omnibus obtemperantibus ſibi cauſa ſalutis æternæ; appellatus a Deo pontifex ſecundum ordinem Melchiſedec.* Et infra: *Pontifex appellatus.* Quid igitur contra mentem Pauli impaſſibile Deum Verbum interpretaris, terrenæ ſimilitudini ipſum commiſcens, & paſſibilem pontificem faciens?

* Habetur Luc.2.f.52.

κυρίῳ μου, κάθου ἐκ δεξιῶν μου. τὴν τοῦ ἀναληφθέντος τὸ πνεῦμα κατελθὸν συνεκρότησε δόξαν· ὅταν γάρ, φησί, τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας ἔλθῃ, ἐκεῖνο ἐμὲ δοξάσει. (Anno Christi 431.)

### Ὁμοίως τοῦ αὐτοῦ, τετράδιον ϛ'. περὶ Χριστοῦ λέγοντος.

Ὅτι ἀπεστάλη κηρύξαι αἰχμαλώτοις ἄφεσιν, καὶ τυφλοῖς ἀνάβλεψιν· ὡς ὁ ἀπόστολος ἐπιφέρει, καί φησιν· οὗτος ὁ πιστὸς τῷ θεῷ πεποιημένος ἀρχιερεύς. ἐγένετο γὰρ οὗτος, οὐκ ἀϊδίως προὼν. οὗτος ὁ κατὰ μικρὸν εἰς ἀρχιερέως, αἱρετικέ, προκόψας ἀξίωμα. καὶ ἄκουε σαφεστέρας σοι τοῦτο διαβοώσης φωνῆς· ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις, φησί, τῆς σαρκὸς αὐτοῦ δεήσεις τε καὶ ἱκεσίας πρὸς τὸν δυνάμενον σώζειν αὐτὸν ἐκ θανάτου, μετὰ κραυγῆς ἰσχυρᾶς καὶ δακρύων προσενέγκας, καὶ εἰσακουσθεὶς ἀπὸ τῆς εὐλαβείας, καίπερ ὢν υἱός, ἔμαθεν ἀφ' ὧν ἔπαθε τὴν ὑπακοήν· καὶ τελειωθείς, ἐγένετο τοῖς ὑπακούουσιν* αὐτοῦ πᾶσιν αἴτιος σωτηρίας αἰωνίου. (* αὐτῷ) τελειοῦται δὲ τὸ κατὰ μικρὸν προκόπτον, αἱρετικέ. περὶ οὗ καὶ Ἰωάννης ἐν τοῖς εὐαγγελίοις βοᾷ· Ἰησοῦς προέκοπτεν ἡλικίᾳ, καὶ σοφίᾳ, καὶ χάριτι. οἷς σύμφωνα καὶ Παῦλος φθεγγόμενος· τελειωθείς, φησίν, ἐγένετο τοῖς ὑπακούουσιν* αὐτοῦ πᾶσιν αἴτιος σωτηρίας αἰωνίου, (* αὐτῷ) προσαγορευθεὶς ὑπὸ τοῦ θεοῦ ἀρχιερεὺς κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ. καὶ μεθ' ἕτερα· ἀρχιερεὺς κεκλημένος. τί οὖν ἀνθερμηνεύεις τῷ Παύλῳ, τὸν ἀπαθῆ θεὸν λόγον ἐπιγείῳ καταμιγνὺς ὁμοιώματι, καὶ παθητὸν ἀρχιερέα ποιῶν;